


enburg
1779





1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.



Publ. 15. num. 13. Pa. C. 3. 741.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

CENSU
EMIGRATIONIS,

Vulgò

Nachsteuer /

Quam,

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA

Ex Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI ET AMPLISSIMI
JURIS-CONSULTORUM ORDINIS

In Celeberrima Argentoratensium
UNIVERSITATE

PRO LICENTIA,

Summos in Utroque Jure Honores & Privilegia
Doctoralia ritè consequendi

Placide Eruditorum disquisitioni Solemniter exhibet

JOHANNES ULRICUS Schmidt / Argent.

Ad diem 8 Febr. M DC LXXVII. h. lq. solitis.

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.



12

16774

2.
6

ILLUSTRIS REIPUBLICÆ
ARGENTORATENSIS,
COLLEGIO XV-VIRALI,
FIDE ET INTEGRITATE LAUDATISSIMO.

VIRIS

GENEROSA NATALIVM ANTIQVITATE,
MAGNIFICA MVNERVM DIGNITATE,
SINGVLARI CONSILIORVM PRVDENTIA,
EGREGIA RERVM PVBLICARVM

EXPERIENTIA,

AMPLISSIMA GESTORVM GLORIA,

MERITIS

IN PATRIAM

INCLVTIS,

PATRIBUS PATRIÆ,

PATRONIS ET PROMOTORIBVS MEIS

OMNI VENERATIONIS

ET

OBSEQUIORVM CVLTV

OBSERVANDIS

VITAM, SALVTEM, GLORIAM APPRECATVS,


HANC DISPUTATIONEM IN AUGURALEM

SVBMISSISSIMA ANIMI DEVOTIONE

INSCRIBO, DO, DEDICO,

HUMILLIMVS CLIENS

JOHANNES ULRICUS *Schmide.*



In Nomine Domini Nostri
Jesu Christi

Ad omnes actus progredimur.

L. 2. C. de Offic. Praef. Præf. Afric.

Hanc latis ante aliquot menses,
per divinam gratiam, Examinibus
Doctoralibus in Utroque Jure, data-
que mihi per *Amplissimum Ordinem
Juridicum* in hac Illustri Universita-
te, sine Præsede disputandi licentia, opere pretium
me facturum arbitratus sum, si loco disputationis In-
auguralis hanc nobilissimam & frequentissimam de
Censu Emigrationis materiam tra-
ctarem: quippe edoctus doctrina JCTI Pauli in *l. 25.
pr. ff. de Liberat. leg.* & Ulpiani in *l. 1. ff. de suspect. Tut.*
quod frequentiora & quotidiana potius, quam raro
contingentia capessenda sint. Antequam vero ad
ipsum propositum scopum perveniam, bono cum
DEO, loco proœmii discutienda quæstio venit,
*An Civis, fus Civitatis mutare, & aliò
se transferre invito Magistratu possit?*
A 2 Hoc

2.
6



Hoc enim perspecto, faciliori pede ad ipsam tractationem progredi licebit. Civibus igitur realiter, & absque fraude alio se transferre jure communi licitum est. *arg. l. 5. §. fin. ibi. si malit eos sequi. ff. de Captiv. & postlim. revers. l. 31. ff. ad L. Municip. l. 71. §. 2. ff. de Condit. & Demonstrat. & l. 28. §. 1. ff. ex quibus causis major. &c.* quo confert, quod receptio in civem fit beneficium, quod invitus nec acquirit nec retinet. *l. 69. ff. de R. J. l. 19. §. 2. de donat.* Hinc Vassallus sine Domini voluntate rectè feudum refutare potest. *2. F. 38.* Et universè Civibus de Civitate, non impetrata venia, discedere naturaliter licere, ubi nihil aliud convenit, ostendit Hugo Grotius *de J. B. & P. l. 2. c. 5. num. 24.* In Hypothesi quoque jus mutandæ Civitatis ex eo potissimum æstimari debet, qua conditione aliquis initio in Civitatem receptus, & quid quantumque libertatis circa emigrationem relictum sit, quæ omnia pene rerum publ. legibus definiri & describi solent; sicut de Romanorum Libertate circa jus mutandæ Civitatis diligenter actum est à Cicerone *in Orat. pro Balbo*, ubi firmissima libertatis fundamenta esse dicit, sui quemque juris & retinendi & dimittendi Dominum esse, præclaraque ac divinitus jura esse, ne quis invitus civitate mutetur, ne ve in civitate maneat invitus. Qui enim, *inquit Clariss. D. Pufendorf. de J. N. & G. l. 8. c. II. n. 2.* Civitati se adjungit, ille cura sui, ac rerum suarum haud quicquam sese abdicat; sed id potius agit, ut insigne sibi firmamentum circumponat. Quia tamen sæpe contingit, ut publicum regimen privatis alicujus rationibus parum expediat, aut alibi commodius iisdem queat prospici: & vero postulari nequit, ut ad

unius



unius & paucorum lubitum respubl. reformetur: proximum erit ut ipsis sit concessum per emigrationem rebus suis consulere. Quanquam olim obtinuerit, ut distinctione adhibita inter Domicilium Originale sive Naturale, Accidentale & Commune, Domicilium Originis esset immutabile. *l. 6. ff. ad Municip. l. 4. Cod. eod. Gail. 2. Obs. 36. n. 10.* quippe quod spectabat utilitatem tributariæ præstationis, quæ multorum discessione minuebatur. *Grot. d. l.* Hinc discessio impediatur, & id quod societati expediebat privati hominis commodo prævalebat. *l. 65. §. 5. ff. pro Socio.* Unde etiam hoc hodie multis populis usitatum esse videmus, uti Moschis. *Grot. d. l. Scotis & Anglis, Dom. Arumens ad A. B. discurs. 6.* Sed & legem Argivorum de non mutanda Civitate, Ovidius refert *Metamorph XV. v. 28. & 29.*

— — — *Prohibent discedere leges:*

Pænaque mors posita est Patriam mutare volenti.

Veruntamen hodie, omissa hac distinctione, ex consuetudine Germaniæ libertas civibus relinquatur civitatem mutandi, etiam dissentiente & Invito Magistratu, *per recessum Imp. de Anno 1555. Wo aber Unsere / quod docet & confirmat Knipschildt. de jur. & privil. Civit. Imp. l. 2. T. 20. num. 2. & Dd. quam plurimi*, quos citatus Autor allegat; modo attendantur ea, quæ singulæ respubl. circa emigrationem disposuerunt, & ipsius discessuræ personæ nihil impedimenti afferat: Sunt enim quidam glebæ adscripti, sive moribus Germaniæ Homines Proprii, qui invito suo Domino abire, juriq; civitatis renuntiare non possunt, *daß Sie / vigore Homagialis promissionis, ohn ihrer Herren Wissen und Willen /*

2.
6



weder Leib noch Gut verändern dürfen / sed coguntur perpetuò ipsi & eorum liberi fundo adhærere, cuius & pars esse existimantur, *l. 2. Cod. de Agriculis & Cens. Gail. tract. de Arrest. 8. num. 14.* & ideo inter immobilia numerantur. *Sichard. ad l. 6. num. 4. C. de secund. nuptiis. Pet. Frider. Mind. de Mand. 2. cap. 67.* Vel præter jus Detractionis, etiam Manumissionis sive redemptionis pretium, **Mannrecht** / solvere tenentur: quæ tamen dura obligatio, ne libertati conscientiæ officeret, ob favorem religionis certâ ratione concessa est ejusmodi hominibus facultas mutandæ civitatis, *d. R. J. vid. Carpzov. part. 3. decis. 290, Knipschild. l. 2. cap. 49. num. 163. de jur. & privil. Civit.* Alii quibus nihil propriæ conditionis adhæret, liberè resignant. Estque hæc resignatio necessaria, (cum intersit civitatis, nosse numerum civium suorum,) ut vel data manu, *Eslinga*, de quo *Knipschild. d. l. cap. 29. n. 161.* vel vivâ voce coram Magistratu, sicut & in hac Republ. moris est. **Strasburger Schwör. Brieff.** circa fin. **Wäre auch / daß einer unserer Burger sein Burger-Recht absagen wolte / der soll gehen für Meister und Rath / die da zu Zeiten seynd / und soll Ihnen das verkünden / und sein Burger-Recht von Ihnen abfordern und abgeben / mündlich / als vor Alters herkommen ist / und nicht mit Brieffen / und soll ihnen auch Meister und Rath seines Burger-Endts erlassen.** Sed quæ hactenus dicta sunt de libertate migrandi, ita accipienda sunt, si modo tempestivè & sine præjudicio Civitatis resignatio fiat: Est enim hic regula naturalis æquitatis tenenda, quam in Privatorum Societatibus dirimendis Romana sequitur juris-prudentia, scil. ut id non liceat, si Societa-

ciet
no
ri fo
Qu
rati
tius
alie
fen
tud
im
neu

I
lib.
mo
No
ff. a
Sac
lab
Tej
V.
aco
tiu

ci
fu
ne
En
vi

cietatis intersit: Semper enim, ut recte dicit *Proculus*, non id quod privatim interest unius ex sociis, servari solet, sed quod Societati expedit. *l. 65. ff. pro Socio*. Quando autem intersit Civitatis non abire civem, ex rationibus utilitatis publicæ intelligitur, sicuti *Grotius d. l.* aliquot casus recenset, v. gr. si magnum æs alienum sit contractum; nisi paratus sit civis in præsens partem suam exsolvere: item si fiducia multitudinis bellum sit susceptum, præsertim si obsidio immineat; nisi paratus sit civis ille alium æque idoneum substituere, qui Rempubl. defendat.

THESIS PRIMA.

PRæmissio proæmio & perspecto, ordinis ratio requirit, ut transeam ad ipsam tractationem hujus disputationis: quoniam autem optima tractatio est, quæ à definitione proficiscitur, docente *Cicerone lib. 1. Offic.* Definitio autem alia est Nominis, alia Rei, juxtaque monitum *Quintiliani in lib. 5. c. ult. in fin.* JCTis summus circa Nomina & verborum proprietatem constitutus sit labor, *vid. l. 1. ff. de l. & l. l. 1. §. 1. ff. de Pactis. l. 2. §. 2. ff. de R. C.* Imò ipsum Sacratissimum Imperatorem nostrum Justinianum circa hunc laborem sollicitum fuisse, patescit ex §. 2. *Instit. de Tut. pr. 1. de Testam. §. 2. Instit. de Obligat. quæ ex delict. nasc. l. 3. l. 4. Cod. de V. S.* merito igitur, antequam me ad ipsam realem definitionem accingo, pauca de definitione Nominali prælibare operæ præmium duxi.

II.

Quod igitur *Etymologiam* attinet, Censuræ à censendo dicitur, *Vom Schätzen*: sic censere territorium, pro imperare censum territorio, dicitur in *l. 1. C. in quib. caus. pign. & l. 4. omne territorium. C. de censibus*. Ceterum de *Etymologia* vocabuli *Emigrationis* eo minus sollicitus sum, quo magis ea cuilibet obvia est, nempe quod oriatur à verbo *Emigrare*.

2.
6



III.

Homonymia

Etymologiam excipit *Homonymia* : Verum cum vocabu-
 li *Census* diversa & varia significata sint, & varias definitiones par-
 tim ex jure Civili, partim ex jure Canonico admittat, *Binsfeld.*
de usur. cap. in civ. quest. 12. pr. Dn. D. Tabor. in tract. de alt.
Tant. part. 3. art. 9. thes. 3. & Franzkius in tract. de laudem. cap.
10. n. 10. & seqq. qui duo posteriores præ ceteris valde exactè
 enodaverunt talia significata, & satis copiosè proposuerunt,
 ideo eos nominasse contentus, simplicem solummodo vocabu-
 li hujus significationem, sive quomodo in hac disputatione illud
 accipiatur, hic referre, quam eorum scripta verbotenus repe-
 tere volui : Accipitur itaque hîc hocce vocabulum pro *Tri-*
buto, sicuti vocabulum census frequentius hoc modo ac-
 cipitur, *t. t. ff. de Censibus. cap. 4. X. de cens. l. § 3. ff. de jud. & c.*
 In Jure Civili autem illi *Emigrare* dicuntur in *l. 27. §. 1. ff. Loca-*
ri. l. 28. ff. de damn. inf. qui ante finitum conductionis tempus
 habitationem derelinquunt : hoc loco autem, qui renuntiant do-
 micilio & protectioni sui Magistratus, & sedes suas aliò trans-
 ferunt. Vocabulum enim *Emigrationis* monente. *Clariss. Dn.*
Pufendorfio de l. N. & G. l. 8. cap. 11. §. 3. hic ita accipi debet, ut
 quis alicujus Civitatis fines & territoria excedat ; non ut impe-
 rio Civitatis in se renuntiare & nihilominus intra ejusdem ter-
 ritorium domicilium habere velit. Quæ enim certis finibus di-
 tionem suam circumscripsit civitas, censetur simul prohibere, ne
 quis ipsâ invita domicilium ibi habeat, qui ejus imperium nolit
 agnoscere.

IV.

Synonymia.

Relicta derivatione vocis & Homonymia, tractanda nunc
 venit *Synonymia* ; Hæc enim variis subinde Nominibus appel-
 latur, nempe, *Nachsteuer* / *Const. Imp. de Anno 1555. §. Wo aber*
Unsere / quasi postremum discedentis Tributum à Gailio vo-
 catur, *2. Obs. 52. num. 9. & collecta à Meisnero T. 2. lib. 1. decis.*
8. n. 5. Nonnulli appellant hunc censum *Weglosung* / *Abschei-*
dung / *Weglosin.* *Wehn. in voce Nachsteuer. Abefahrt* / *Ioh. Köp-*
pen decis. 11. in Rubrica. Ab-oder Nachschuß. Cothm. in Respons.
Acad. sing. 19. n. 3. Besold. in d. v. Abschuß / à quo diversum est
 voca-

vocabulum *Abzug* / quod à mortuorum bonis detrahitur. *Constit. Imp. de Anno 1594. §. Und so viel. Gail. 2. Obs. 36. num. 10.* quamvis, referente *Schvvanmanno in comp. jur. Emigrat. c. 2. n. 8.* *Zafius* *Abzug* / à discessu derivet, & censum migrationis vocet, quod ab eis relinquitur, qui ex Municipibus aliò migrant. Adversantur tamen *Zafio* *Recessus Imp. de Anno 1555.* *Wo aber unsere* / ibi enim de Emigrantibus ob religionis confessionem agitur, & tamen expressè *Nachsteuer* appellatur: & *Recessus* de Anno 1594. d. §. ubi vocabula *Nachsteuer* & *Abzug* junguntur: unde sequi videtur, eadem hæc nõ esse, sed *Nachsteuer* de Emigrantibus; *Abzug* vero de morientibus intelligendum esse, *Gail. d. l. n. 10. Berlich. p. 3. conclus. 52. n. 8.* Alii hoc tributum decimam nominant, den zehenden *Pfenning.* *Besold. d. l. Cothm. d. l. n. 56. in fin.* ideo quod decima pars tam ab herede extero, quam emigrante pendatur: Verbum enim generale est, & utrumque *Nachsteuer* & *Abzug* comprehendit vernaculâ æque ac latina lingua, vid. *Spiegel. in lex. jur. v. Decima*, ubi addit, sive decem sive duodecim sive viginti solvantur, tamen, secundum usum loquendi communem, decimas appellari. *Knipsch. de jur. & privil. Civit. Imp. l. 2. T. 20. n. 9.* Denique interdum vectigal etiam nominatur, *Cothm. d. l. n. 3.* modo *Gabella*, *Schvvanm. d. l. c. 4. num. 1.* Quod vero nonnulli jus Emigrationis vocant, id non æque admiserim, cum magna differentia intercedat inter jus Emigrationis, quod competit civibus ratione mutationis domicilii, & inter Censum Emigrationis, qui ratione honorum secum avehendorum à civibus discedentibus Magistratui loci à quo, est præstandus.

V.

Præmissa definitione Nominali, ad realem progredi recta methodus jubet. Est autem Census Emigrationis Tributum, persolvendum ab illis, qui sponte sua & proprio motu ex una Civitate in aliam, seu uno territorio in aliud, cum omnibus bonis habitandi causa transmigrant. Sive, est Tributum, quod Cives è Civitate migrantes, illi Magistratui, cui hoc jus in usu, solvere coguntur. Generis loco posui Tributum: Tributum enim in significato generali universo patrimonio, adeoque tam mobilibus quam immobilibus imponitur, *Klockius de contribut.*

Definitio.

B

G. I.

2.
6



c. 1. n. 268. Deinde Tributum personis pro rebus imponitur, ita, ut quantitas impositionis respiciat rem directò, ejusque æstimationem; obligatio verò & vinculum solvendi ipsam personam. *Klockius d. l. c. 2. n. 22.* Hinc *Baldus ad L. 5. C. qui bon. ced. pos. collectas*, tradit, materialiter esse onera rerum, formaliter personarum. Quod pari modo obtinere in hoc, circa quem versamur, censu, notissimum est. Licet enim secundum res per Emigrationem in aliud territorium transportandas determinetur hæc defalcatio; obligatio tamen & vinculum solvendi principaliter hic in personam dirigitur, ita, ut Domini sive possessores ad id præstandum teneantur, quod à rebus, utpote inanimatis frustra exigeretur: quæ præstatio in quovis loco certa semper est & fixa.

VI.

Causa efficiens Remota.

Causa efficiens est duplex *Remota & Propinqua*. *Remota* desumi potest. *Primo*. Ex ratione & analogia juris Divini non solum Naturalis. Omnino enim naturaliter æquum est, ut, qui per plures annos fortè privilegiis, subsidiis & protectione alicujus Domini vel Magistratus gavissus est, is discedens, resque suas secum auferens, q. pro remuneratione Domino vel Magistratui aliquid relinquat: ne scil. in totum destituatur Dominus vel Respubl. iis bonis, quæ sine dubio hætenus in ipsius quasi sinu fuerunt, & ex quibus fomentum & incrementum traxerunt: neq; gaudeant iis extranei, priventur vero domestici, qui variis ex causis jus quodammodo quæsitum in iis habent. *Knipsch. d. l. num. 10.* Accedit insuper, quod dilaceratio bonorum & immutatio personarum Domino, etiam ratione sui juris, damnosa existat, quippe qui non tantum jure collectandi; sed & aliis pluribus commodis privatur. *Cothm. d. l. n. 45. Köppen. decis. 5. n. 3.* Hinc optime *Seneca*: Omnium somnos Principis vigilantia, omnium otium istius labor, omnium delicias illius industria, omniumque denique vacationes ipsius sola defendit occupatio. Impium ergo esset, laborem carere mercede, *l. f. C. de alluv. & officium eis esse damnosum, l. 7. ff. quemad. test. aper. l. 65. §. 5. ff. de furt. qui periculoso labore commoda Reipubl. quærunt. l. 5. §. 3. ff. de jur. immunit.* Verù etiam de jure Divino positivo; Sic de populo Israëlítico, quomodo ad sacra is

con-



contribuerit, etiam sub ductu Moysis ex *cap. 25. pr. & c. 35. vers. 5. Exod. cap. 18. vers. 8. & seqq. Num. c. 18. Deuteron.* quomodo Regum collectationi idem populus postea subiectus fuerit, ex *Sam. cap. 8. vers. 11. & seqq. 2. Reg. 15. v. 20. c. 25. v. 35.* constat. Neque contrarium constitutum esse in N. T. evidenter ex Christi præcepto datur intelligi, quo Cæsari, quæ sunt Cæsaris severè pendì jubetur. *Matth. 22. v. 21.*

VII.

Secundo. Ex consuetudine & usu gentium. Nam etsi apud plerosque antiquorum temporum populos, ad prima quorumlibet, qui in Civilem societatem coalescerent, incunabula non æque usus contribuendi frequentatus fuerit, propterea quod vel pecuniis parum cives valerent, vel publico sumptu civitates non adeo indigerent, civibus ipsis, quæ publicæ opus factæ erant, communi operâ atque viritim ferè obeuntibus, adeoque singuli in bellum proficiscerentur, urbium atque civitatum munimenta extruerent: quemadmodum de ipsis *Romanis Dionysius Halicarnass. l. 2. antiq. Rom. Liv. lib. 4. Histor.* De Gallis vicinisque populis. *Cæsar. l. 4. & hinc inde in hist. de bello Gall.* De Germanis *Tacitus de moribus Germ. c. 7.* referunt. Usu tamen obtinuisse constat, cum primû hæ & pleræque aliarum gentium civitates, vel ad paulo limatiorem progredierentur politiam, vel ad ampliorem pervenirent potentiam, & juxta opibus invalescerent, continuo quoq; hanc conferendi rationem amplecterentur, prout idem *Dionysius Halicarnass. l. 4. de antiq. Rom.* De Romanis, ex instituto Regis Servii Tullii censitis: de Gallorum tributis. *d. l. Cæsar.* deque Germanis, etiam ante frequentatum ipsis nummi argentique usum, testatur *Tac. de moribus Germ. 15. 3. Mos est civitatibus ultro ac viritim, conferre Principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honoribus acceptum etiam necessitatibus subvenit.* Institutum Darii circa Tributa in subiectos Regni Persiæ, enarrat *Herodotus. lib. 3.* Item *Xenophon de Pædia Cyri. lib. 3. num 12.* Demetrium quoque Polyorcetem talenta mille & ducenta singulis annis ex captis urbibus percepisse, notavit *Ælianus lib. 9. Hist. c. 9.* Imò in Pharaonis jam olim Ærarium Ægypti incolas pro agris sibi concessis quintam frugum partem annuatim intulisse, sacræ paginæ docent. *Genes. c. 47.*

2.
6

itur
ne æ
per-
bon.
liter
ver-
Emi-
etur
cipa-
es ad
fru-
r est

nota
non
qui
licu-
que
stra-
s vel
si
unt:
ariis
h. d.
im-
nosa
aliis
ecif.
igi-
in-
ndit
f. C.
est.
rei-
Di-
a is
on-



v. 24. De amplissima tributi colligendi ratione, in vastissima Romana Republ. Monarchiaque Cæsarum usitata cujus mentionem facit in indictione ab Augusto facta scriptura sacra *Luc. 2. v. 1.* videre potest L. B. Lipsium *de Magnitud. Rom. lib. 2.* Nec enim quies gentium sine armis, nec arma sine stipendiis, nec stipendia sine tributis haberi possunt, ait *πολιτικώτατ* Tacitus *4. hist. 74. v. 2.* Ideo Senatus Romanus, teste eodem *Tacito 13. Annal. 50. 2.* Neroni tributa remittere volenti, sese opposuit, dicendo, dissolutionem Imperii fore, si fructus, quibus respubl. sustinetur diminuerentur. *vid. Lips. polit. 4. II. § 4. 55.*

VIII.

Tertio. Ex analogia juris Romani. Huic enim juri Antiquam illam vicissimam, cujus vestigia extant in *l. 2. §. 44. ff. de O. l. l. f. C. de Edict. D. Adrian. toll.* incunabula dedisse, omnes uno ore fatentur. Ex quavis prisca illa vicissima abusu recesserit, simile tamen quid, ad imitationem & exemplum ejus, in Germania non tantum, sed & in alijs Europæ regnis invaluit. Est enim prudens institutum, valde imitabile, nec prudentibus displicere potest. Ut verum fatear, ait *Lipsius*, hoc tributi genus imitabile videtur, nec grave etiam pendentibus; cum latitia magni & inopinati saepe proventus obruat vel minuat sensum inferendi. Adeoque optimo consilio, exemplaris, ut ita dicam, vicissima in Germania plerisque locis fuit recepta: cum enim jure Civili cuique licitum sit domicilium suum alio transferre, per ea, quæ in proœmio dicta sunt: & vero sit, ut Resp. personarum non exiguam imminutionem patiatur, hinc in hujus detrimenti aliqualem compensationem, Principes & Status Imperii, qui hoc jus exercent, certam bonorum quantitatem exigunt, sibiq; curant pendere. *Wehn. d. l.* Qui enim bona sua sub præsidio & tutela Magistratus alicujus vel titulo aliquo lucroso, ut hereditate, legato, &c. vel titulo oneroso scil. laboribus acquisivit, eaque jam in alienum territorium & jurisdictionem transferre vult, certè non iniquum est, eum partem aliquam ibi relinquere in præmium illius defensionis & tutelæ, qua non sine fructu, cum aliis civibus per aliquod tempus est usus, præsertim quod id oneris jam ceteris civibus accrescat; quorum tributi

tributi quantitas per hanc detractionem merito minui, vel sublevari debebat.

IX.

Quarto. Ex dispositione juris Germanici tum communis, quod confirmat d. Recessus de Anno 1555. cujus versiculus 24. hac de re disponens, ita habet. Wo aber Unsere / auch der Chur-Fürsten / Fürsten und Ständen Unterthanen / der alten Religion / oder Augspurgischen Confession anhängig / von solcher ihrer Religion wegen / auß Unserer / auch der Chur-Fürsten / Fürsten / und Ständen des Heil. Reichs Landen / Fürstenthümern / Stätten / oder Flecken / mit ihren Weib und Kindern an andere Orth ziehen / und sich nieder thun wolten / denen soll solcher Ab- und Zuzug / auch verkauffung ihrer Haab und Güter / gegen zimblichen billichen Abtrag der Leibeigenschafft / und Nachstewr / wie es eins jedes Orths von Alters her üblich hergebracht und gehalten worden ist / unverbindert männigliches / zugelassen und bewilligt / auch an ihren Ehren und Pflichten allerdings unentgolten seyn. Doch soll den Obrigkeiten an ihren Gerechtigkeiten und Herkommen / der Leibeigenen halben / dieselben ledig zu fehlen oder nicht / hiedurch nichts abgebrochen oder benommen seyn. Cui respondet Recessus de Anno 1594. §. 18. *ibi.* und ad licita de jure permissa arresta, welche ratione contractus confesati, rei judicatae, conventionis, pacti, transactionis, consuetudinis, privilegii, auch gewöhnlicher hergebrachter Nachstewr / Abzug / rechtmässig erlangten gewöhnlichen Zolls halben sich zu tragen möchten / nicht zu extendiren seyen &c. Tum proprii, quod in singulis Statuum territoriis receptum est. Sic in Ducatu Brunsvicensi & Lüneburgensi, Fürstliche Braunschweigische Lands-Ordnung. Constit. 37. *Frankofurti ad Mœnum*, in Palatinatu & Electoratu Rheni. Chur-Pfals Lands-Ordnung. tit. 7. in Ducatu Pomeraniae: Item, Rotenburgi ad Tubarim, *Rüding. Observ. cent. 3. Obs. 80. Bambergæ, Gylm. Tom. 4. Symph p. 2. fol. 190. Noribergæ, Spiræ, Augustæ, Berlichius p. 3. conclus. §2. n. 7. Gail. 2. Observ. 36. n. 10.* quapropter hæc disputatio supervacua est, num hæc gabella in bene constituta Republ. introducenda & exercenda sit? vid. *Schvvanm. in tract. de jur. Emigrat. c. 2. n. 22.*

B 3

X. Fun-

2.
6



Causa Efficiens proxima.

Fundamentum adequatum sive Causa Efficiens proxima non est dominium Eminens, quia
 1. Extraordinarium est, 2. innititur utilitati singulari Reipubl.
 3. compensatione opus habet. vid. *Dn. Bœclerum ad Grot. l. 1. c. 1. de I. B. & P. de Dominio Eminente.* Sed jus illud Majestatis, quo imperantur omnia tributa; cum enim jus tributa indicendi, tum JCTORum, tum Philosophorum confessione, summæ Majestati, illique parti, seu ordini, cui id peculiariter concessum, sine ulla controversia competat, negari non potest, omnes quoque modos, quibus tributa, vel collectæ commodè exiguntur, eidem nequaquam esse denegandos. Emigrationis itaque census, cum species sit tributorum, ejusdem juris censendus est, cujus universa tributa & collectæ sunt. In Statibus & Ordinibus Imperii est Superioritas, non simpliciter, ea enim simpliciter dicta Summa Potestas civilis intelligitur Instrument. Pac. Cæs. Gall. §. itemque dictus 74. Ordines enim Imperii in administratione ditionum suarum non habent plane liberam & summam Potestatem; sed cum adjectione territorialem: quæ adjectio verbi territorialis, deminutionem quidem summæ Potestatis subindicare videtur: hoc tamen colligere inde licet, quod & si genus sit summæ Potestate inferius, satis tamen ei propinquum sit. Quoniam igitur Potestas Statuum & Ordinum Imperii, qua territoria administrant, analogiâ quadam summæ Potestati civili respondet; sequitur rationem administrationis istius eodem modo æstimandam esse: jura enim nonnulla, quæ Imperatori tribuuntur, quod Reipubl. præsit, etiam Principibus ceterisque Statibus ex eadem causa tribui censenda sunt, quandoquidem & ipsi peculiarem quandam Remp. regunt. Quamvis hæc Resp. non summa sit, sed inferioris generis, analogiâ tamen quadam, uti dictum, ipsi Summæ Reipubl. respondet: Hinc definiti potest Superioritas Territorialis, quod sit Imperium quoddam universale, omnia ea, quæ ad Civile Regimen spectant, complectens, summa tamen potestate aliquantò inferius.



XI.

Causa Materialis respicit & *Subiectum* & *Obje-
ctum*. *Subiectum* duplex est *Activum* & *Passivum*. *Activum sub-
iectum* sive qui possit exigere Censum Emigrationis est is, qui
habet Majestatem, vel jus Majestati simile, uti est Superioritas
Territorialis, quam exercent proprio jure I. Imperator, Reges,
& Principes: Principes enim Imperii cum per investituram
nanciscantur jus territoriale, ejusque superioritatem, ita hi ra-
tione superioritatis hunc Censum emigrationis in ditionibus
suis rectè exercent. *Scheplitz. ad Consuetud. Brand. p.3. T.8. q.1.*
Quamvis enim hi ab initio non perpetuè, sed temporanèe Pro-
vinciarum administrationi fuerint præpositi, uti patet, *1. Feud. l. §.*
1. Perpetua tamen facta est dignitas ipsis ab Imperatoribus con-
cessa, quo eos sibi magis devotos redderent. *Tapia in rubric. de*
constit. Imp. Princip. c.4. pr. & ipsi alacrius Orbem Christianum
defenderent, quoque Imperatoris Majestas redderetur manife-
sta. Regulariter ergo, eo tempore, quo in certum Dignitatis
titulum territorium erigitur, & Princeps investitur, ipse jura
Regia fundatamque intentionem accepisse existimatur. *Alc.*
Resp. 12. num. 11. lib. 3. Valascus quest. 8. n. 1. de jure Emphiteuti-
co. Ejusdemque concessio quasi universitatis est. *l. 30. ff. de U. &*
Ufucap. l. 21. ff. de V.S.

Causa
Materialis
& I.
Subiectum
Activum.

2.
6

XII.

II. Civitates Imperiales: Eo enim ipso quod inter Sta-
tus Imperii sunt receptæ, jura territorialia, *Lands hohe Obrig-*
keit / Lands Ober- und Herrlichkeit / acceperunt, jura Principis
realia & fiscalia non minus quam Principes in ditionibus suis
recte exercent. vid. *Gail. 2. Observ. 57. num. 7. & 8.* & de Arre-
stis *c. 9. n. 1.* vid. quoque Cluten in *Sylloge R. Quotid. th. 27. lit. C.*
Reinking. de R. S. & E. l. 1. cl. 5. c. 5. Knipschild. d. tract. l. 2. c. 5. n.
7. & seqq. Nec impedit, quod Civitates Imperiales dignitati-
bus regalibus non gaudeant, daß Sie nicht mit der *Landsfürstl.*
Obrigkeit / mit aller Hoch- und Herrlichkeit investirt sein / neque
ditiones & territoria earum in Ducatum, Marchionatum &c. e-
recta sint: sicut enim dignitas regalis sine juribus regalibus con-
sistere potest, ita etiam jura regalia sine titulo Regali. *Wurmfs.*
Exercit.



Exercit. jur. Publ. 3. q. 18. Nec superioritati territoriali & jurisdictioni quarundam Civitatum quicquam detrahit, quod ratione certorum quorundam jurium vel servitutum, certa lege, pacto, subditæ quædam alicui Principi sint, aut in iis Princeps jura quædam singularia, v. gr. merum Imperium, Vectigalia, Salvum Conductum &c. ex præscriptione, vel conventionione habere comperiat: cum quidem certo pacto subdita fieri superioremque Statum aliquem Imperii Civitas recognoscere, extra pacta verò conventa plane libertate sua frui possit. *Gail. 2. Obs. 54. n. 10.* Cæterum omnem hanc controversiam tollit *Instrum. Pac. Cæs. Suecic. c. 8. §. 4. Es sollen auch &c.*

XIII.

III. Nobiles immediati: quamvis non sint Status Imperii. vid. *R. I. de Anno 1564. Obrecht. de jurisd. l. 2. c. 7. num. 4. & seqq. Reinking. de R. S. & E. lib. I. class. 4. c. 1. num. 18. & seqq.* (Neque enim ad hoc, ut quis jura superioritatis habeat, necessarium est, ut sit Status Imperii, sed sufficit immediatum Imperii Civem esse. *Knipschild. d. tract. l. 2. c. 2. num. 28.*) Quoniam tamen Ordo Equestris Imperatori, uti alius Status, immediatè subest, constitutionibusque de immediatis loquentibus continetur; nihil certè impedire potest, quo minus quoque paria cum aliis Statibus Imperii in suis territoriis jura & privilegia habeant. *Gail. 2. Observ. 62. num. 3.* adeoque Imperium, quod in Principe *Landes-Fürstlich* in Nobilibus immediatis, *Adeliche Obrigkeit* dici meretur. vid. *Magerus de Advocatia Armata. c. 6. num. 113.* Omnem enim jurisdictionem exercent in subditos, statuta condunt, *Rutger. Ruland. de commiss. p. 2. l. 5. c. 4. num. 49.* Regalia, *Sixtinus de Regalib. l. 1. c. 4. n. 92. &* & jura Austregarum, *Ord. Cam. p. 2. T. 3.* habent &c.

XIV.

Auspiciis alienis hunc censum exigere valent. I. Civitates Municipales, si modo illis competat jus collectandi, hoc enim concessio, etiam illis competit, *die Nachstewr / und was man für Abzug-geldt bezahlet*: Sunt enim veluti accessoriæ collectæ; nisi aliud privilegio, pacto & consuetudine loci sit receptum. *Wehn. in. v. Nachstewr.* Et quamvis *loh. Köppen. decis. 32. num. 4.*

v. 4. & 8. & Sixtinus de regalibus. l. 2. c. 14. num. 16. & seq. dicant, quod hic census referatur ratione originis ad regalia: U-
sus tamen & experientia docent, quod etiam iis, qui merum
& mixtum Imperium, aut saltem inferiorem jurisdictionem
habent, competat hic census. *Speid. in v. Abzug.* Nulla enim
datur hodie Municipalis Civitas, nullus ferme vicus, in quo-
rum uno quoque suo Magistratui non, minimùm levis, quædam
competat coërcitio, quæ jurisdictio appellatur cui inest mixtum
imperium. l. 5. §. 1. ff. de offic. ejus cui mand. est jurud. l. 2. ff. de
jurud. Hanc itaque jurisdictionem, tanquam omnis statuti &
consuetudinis fundamentum, habentes, possunt jura & statuta
condere, adeoque & ad illud emigrationis tributum, quippe
quod statuto & consuetudine ubique ubi valet, receptum est,
pertinet.

XV.

2. *Nobiles mediati*, si modo per investituram feudi, hu-
jus dominium cum omni causa & emolumentis consequuti fue-
rint. Cum enim hi jurisdictionem & mixtum, imò & merum
Imperium in pagis suis quodammodo habeant, adeoque & jus
dicere & simul exsequi tam in civilibus, quam criminalibus pos-
sint: jurisdictionis autem fructus ex usu moderno computetur.
Cothm. d. l. 19. n. 11. inde evenit, ut & hi hunc censum emigra-
tionis in feudis suis exercere valeant. *Dn. Mavius ad jus Lube-
cens. p. 2. T. 2. art. 4. num. 14.*

XVI.

Haftenus quibus competat hæc detractio: nunc de illis, 2. Subjectum
adversus quos competat, agendum erit. Omnes itaque Cives, passivum.
qui lege Municipali, privilegio aut consuetudinario jure ab hac
præstatione nominatim nõ sunt exempti, illi omnes ad eam præ-
standã tenentur: *welcher das Burgerrecht auffragen will/volens*
renunciare domicilio, sive sedes suas alio transferre, muß Nach-
stewr geben. Quod tamen 1. procedit in iis, qui voluntariè &
spontaneo motu res suas transferunt, commoda sua alibi quæsi-
turi. *Berlich. p. 3. concl. 52. n. 13.* 2. Vi vel necessitate compulsi
secedere è civitate, quam propria culpa discedentes sibi accelera-
runt, v.g. Si debitor obætatus executionem judicis patitur, &
ad

C

ad

2.
6

ris-
tio-
pa-
ceps
lia,
ha-
pe-
extra
Obs.
um.

Im.
n 4.
qq.
cel-
pe-
iam
iatè
nti-
aria
gia
mod
iche
6.
tos,
49.
ga.

ta-
e-
as
ol-
ce-
32.
4.



ad bona sua alienanda adigitur: licet enim hæc alienatio necessaria sit, quia tamē necessitas alienandi & discedendi ex spontaneo facto debitoris proficiscitur, ab hac gabella liber esse non debet. Köpp. decis. 11. n. 16. Quæ decisio ex eo confirmatur, quod jure certum sit, marito ad paupertatem redacto ex propria culpa, non competere beneficium, ut conveniatur in quantum facere potest. l. 18. §. 1. ff. solut. matrim. idem dicendum de eo, qui propter delictum aliquod è civitate abire, seque cum suis bonis in alium locum transferre cogitur. arg. l. 36. ff. de jud. l. 7. §. 1. ff. qui satisd. cog. Berlich. d. l. n. 18. Et hoc rectæ rationi & naturæ est convenientissimum: Non debet enim alteri per alterum iniqua inferri conditio l. 74. ff. de R. l. Sed factum dolosum cuique suum, non vero tertio, qualis hic Magistratus est, obesse vel nocere. l. 155. ff. de R. l. l. 5. §. 5. ff. de N. O. N. 3. Qui religionis amore patrios lares lugubri exemplo relinquere & alio migrare inviti (non simpliciter, cum vigore d. constit. religiosæ de Anno 1555. §. Wo aber Unsere. &c. ibi. an andere Dert her ziehen/ und sich nieder thun wolten / liberum egressum & beneficium flebile quantumvis emigrandi habeant, vid. Wehn. in v. Wollen; sed secundum quid, ardore religionis quam deserere nolunt, & cujus exercitium alibi quærunt) coguntur oneri hujus detractionis subjacere, patescit ex d. const. de Anno 1555. d. §. & novissime in Instrum. Pac. Cæs. Suec. Anno 1648. art. 5. §. 36. & 37. ibi. Und sollen weder den Freywilligen / noch auß Zwang abziehenden ihrer Geburts, Freyheits, Freylassung / Lehr, Brieff und Testimonia ehrlichen Verhaltens geweigert / noch daselbst mit gewöhnlichen reserven oder decimation ihrer abführender Haab über Billigkeit beschweret werden. Mandatis etiam ad id cogi posse, testatur præjudicium in causa Heilbrunn / contra Schwäbischen Gemünde / G. Schencken Abzug betreffend. vid. Wehn. in d. l. 4. Civis alterius civitatis, ubi consuetudine gabella hæc recepta non est, si in aliã civitatē, ubi recepta est, transmigrare velit: quod jure retorsionis procedit. Quamvis nonnulli sint, qui in contrariam sententia abeunt; nihilominus tamen pro affirmativa sententia calculus ponendus est, ex ea potissimum ratione, quod (1.) æquum sit, ut quilibet idem jus in se statui patiatur, quod in alios statuit, dixit, vel dici effecit. l. 1. l. 2. ff. quod

quod quisque jur. l. 44. ff. de pactis. l. 59. de administr. tut. (2.)
 Quod jus retorsionis summâ æquitate nititur, & iniquitatis cor-
 rigendæ, & inæqualitatis ad parilitatem reducendæ gratia fuit
 adinventum; ne civitates & ditiones cum aliarum civitatum
 damno locupletentur. l. 14. ff. de Cond. Ind. l. 206. ff. de R. I. Præ-
 terea dicere, ut servetur edictum, (quod quisque juris, &c.)
 nihil aliud est dicere, quam ut servetur æqualitas. Carpzov. p. 3.
 constit. 38. d. 1. (3.) Quod jus retorsionis non solum jure Di-
 vino. Matth. c. 7. vers. 12. Luc. c. 6. v. 31. sed etiam jure Canonico
 approbatur. c. 2. distinct. 9. c. 6. X. de Constitut. vid. Struvius in
 syntagm. jur. Civil. IV. 87. & de vindicta privata c. XI. aph. 12. &
 seqq. Nec obstat. d. R. I. de Anno 1555. d. §. ibi. gegen zimbli-
 chen billichen Abtrag der Nachstewr / wie es ein jedes Orth vor
 Alters anhero üblich hergebracht und gehalten worden ist: Item,
 de Anno 1594. §. Und so viel ibi: auch gewöhnlicher herge-
 brachter Nachstewr / Abzug &c. Illa enim in se vera sunt, quan-
 do videlicet civis ab uno loco, in quo hic Censuum Emigrationis
 usu non est receptus, ad alium, ubi idem similiter non obtinet,
 se confert; hinc vero comparativè ad alium locum, ubi hic cen-
 sus viget & exercetur contra civem alterius loci, agitur, quo ca-
 su hæc gabella, etiamsi non sit recepta, ex lege talionis usurpa-
 ri posse, uti in præcit. textibus non negatur. Hic tamen obser-
 vandum, quod ex civitates, contra quas hæc gabella exercita non
 est, retorsionem contra illam civitatem prætereendere non possint,
 non obstante, quod illæ civitates, contra alias civitates tali jure
 usæ fuerint; & ita Constit. Saxon. 38. §. Wann aber ein Statt.
 &c. Est enim retorsio instar defensionis, quæ nunquam habet
 locum, si non offensio præcesserit. argum. l. 44. ff. de Pact. vid.
 Carpzov. d. l. defn. 8.

XVII.

Consideravimus hactenus personas ad solvendum cen-
 sum hunc obligatas: nunc quoque videbimus, quænam ab hoc
 onere sint exemptæ: inter quas I. loco se sistunt Clerici, h. e. Pa-
 stores, & Ministri Ecclesiarum. Scheplitz. p. 3. T. 8. §. 7. n. 7. Knip-
 schild. d. l. n. 40. & 41. (Ubi etiam hoc privilegium ad Pastores
 Evangelicæ religioni addictos extendit.) Et hoc probat. c. 1. de
 Immunit. Eccles. in 6. ubi decernitur, non licere his, qui justia-

Qui ab hoc
 onere sunt
 exempti.

2.
6

ella-
 neo
 bet.
 jure
 non
 po-
 pro-
 onis
 1. ff.
 curæ
 ini-
 cui-
 vel
 gio-
 mi-
 osæ
 ther
 esti-
 v.
 ere
 hu-
 S.
 36.
 ung
 teff
 lbf
 der
 lid
 tra
 id.
 lla
 ra-
 nt,
 af-
 ra-
 oa-
 ff.
 od

tiam temporalem exercent, tallias vel collectas sive exactiones quascunque Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis imponere, vel exigere ab earundem domibus, prædiis vel quibuscunq; possessionibus ab Ecclesiasticis personis legitime acquisitis, vel in posterum acquirendis: etiamsi Ecclesiæ & Ecclesiasticæ personæ vel res hujusmodi sint intra illorum districtum constitutæ. Clerici enim sunt selectus DEI populus & peculium. *Exod. c. 19. vers. 5. Nam. c. 8. v. 14.* quorum injuria pertinet ad Christum, cujus legatione funguntur, *cap. 15. caus. 2. q. 7.* Et DEUS ipse, quando jussit numerare populum, & capitationem singulis imponi, *Levitas exemit. Num. cap. 1. vers. 2. & 47.* II. Hac immunitate gaudent Professores & alia membra Academica, ita ut nihil de suis bonis Senatui Oppidano, si ea vendere & alio migrare velint, solvere teneantur, *vid. Cothm. d. Resp. 19. & Rauchbar. q. 15. num. 28. part. 2.* Quod etiam extendendum est ad omnes Doctores legitime promotos, tum per textus, *in l. 6. C. de Profess. & Med. Auth. Habita. C. ne filius pro patre;* tum quia Doctores imprimis JCTI Sacerdotum appellatione continentur, *l. 1. §. 1. ff. de l. & l. Cothm. sing. Resp. Acad. 1. num. 142. & 415.* Tum quia omnes rationes, quas *Cothm. in d. Resp.* in Professoribus aliisque membris Academicis obtinere dicit, etiam in aliis Doctoribus locum habent: Tum quia ejusmodi consensus dicitur munus mixtum, quod naturaliter quidem est patrimoniale, sed formaliter est onus personarum subjectarum: Doctores autem ab ejusmodi oneribus excusari testatur. *Berlichius ex Bartolo in sepius cit. loco num. 32.* III. Viduæ & Liberi dictarum personarum hoc onus sustinere non debent. Quamvis non pauci sint, qui in negantium castra abeunt, tum per *l. 8. fin. Cod. de Metat. & Epidemet. l. 13. C. de excus. mun. l. 3. in fin. ff. de censibus. l. 1. §. 1. ff. de jur. immunit.* tum quod fundamentum hujus privilegii consistat in persona maritorum, sicque destructo fundamento, & privilegium interire necessum sit: tum quod nulla lege expressum sit, viduas, quoad patrimonialia immunitatibus perfrui debere: tum quod soluto matrimonio solvatur societas conjugalis, nec amplius maritus & uxor pro una persona censeri debeant. Verum his non obstantibus affirmativa sententia æquior & verior videtur, tum per *l. 3. C. de Privileg. schol. l. 2. Cod. de Advocat.*

Advocat. divers. jud. Tum quod viduæ, quamdiu in viduitate perstant perinde habeantur, & judicantur, ac si virum suum adhuc superstitem habeant. *l. fin. Cod. de bon. matern. l. 8. ff. de Senat.* Tum quod liberi & viduæ defunctorum parentum, maritorum, dignitatem. *l. fin. ff. de Senat. l. 22. §. 1. ff. ad Municip. l. 9. C. de incolis. l. 13. C. de dignit. domicilium. d. l. fin. ff. de Senat. d. l. 22. §. 1. ff. ad Municip. & Forum d. l. 9. C. de incolis. & d. l. 13. Cod. de dignit. retinent.* Et hanc sententiam confirmant *Cothm. d. l. Resp. 15. & Berlich. d. l. num. 34. & Scheplitz. d. l. §. 7. 8. 9. 10.* Limitanda tamen est hæc sententia, si vidua conditionem suam mutet, v. gr. si ad secundas nuptias convolet, & alium maritum minoris conditionis adsciscat. *l. 8. ff. de Senat. l. 13. C. de dignit.* tunc non amplius mariti privilegio gaudet, sed posterioris conjugis conditionem & statum sequi tenetur. *d. l. 13. C. de dignit. IV.* Die von einem Ort in ein andern/unter einer Herrschafft gelegen / ziehen / geben keinen Abzug. *Wehn. in v. Nachsteror.* Ubi tamen addit, quod non ubique hoc procedat. vid. etiam distinctionem, quam affert, *Henricus Bartels apud Fritschium Tom. 2. disput. 4. thes. 21. V.* Quicumque ita inter se pacti sunt invicem, ut alter in alterius ditionem emigrans, ab hac gabella sit immunis. VI. Omnes, qui necessitate vel vi, cujus principium extra illos est, compulsi, emigrare coguntur. VII. Loco venit hæc quæstio ventilanda: *An Clientes privati, clientela renuntiantes, aliòvè domicilium transferentes, ratione exhibita ipsis privata protectionis, censum emigrationis pendere jure teneantur?* Et quamvis prima facie affirmativè respondendum esse videatur, cum clientes privati, die *Schirms. Verwandten* / non minus, quàm subditi à Dominis protecti ac participes fuerint jurium ac privilegiorum loci, & idcirco æquum sit, illos abeuntes & tutelam deserentes pro remuneratione aliquid protectoribus relinquere: ubi enim eadem ratio, ibi diversum jus constitui non debet. Nihilominus tamen negativè & quidem jure concludit *Dn. Magerus in tract. de Advocat. Armat. cap. 10. num. 192. & seqq.* Ratio decisionis in eo potissimum fundata est, quia cum clientes quotannis Magistratui, sub ejus protectione degunt, magnum plerumque tributum, *Schirm. oder Berspruch. Geldt* / pendere soleant, æquum non est, eos finitâ

2.
6



tutelâ insuper patrimonii sui deminutionem pati, aut partem ejus aliquam relinquere. Et hanc ob causam Judæi, qui in protectione alicujus fuerunt non solvunt censum emigrationis, nisi fortè immobilia, quæ in loco habuerunt, vendant, eorumque pretia exportent. *Magerus d.l. n. 209.*

XVIII.

Objectum.

Hisce consideratis sequitur *Objectum*, nempe, quibus rebus imponi possit hic census: Et in aprico est, detrahi eum posse de omnibus bonis, non solum corporalibus & incorporalibus, (quas posteriores sua natura non ita comparatas esse, ut nulla de iis in tributio solvi debeat, patet ex l. 4. §. 5 ff. de cens. Ubi JCTus ait, in servis deferendis observandum esse, ut & artificia specialiter deferantur. Artificium sive Ars est sine dubio res quædam incorporalis. Et in *pr. d.l. 4.* dicitur venire in censum pascua & sylvas cæduas. Quid ergo, si quis servitatem pastus sive sylvæ. Item calcis coquendæ, vel arenæ fodiendæ habeat? Certe æquitati non repugnat, ob hanc utilitatem etiam Reipubl. onera cognoscere, ne tota moles in Dominum talis prædii aut sylvæ, &c. incumbat, qui minimum emolumentum inde recipit. *vid. Coll. Jur. Arg. collect. thes. 10*) sed etiam de immobilibus & quæ immobilibus annumerantur. *Scheplitz. d.l. p. 3. T. 8. §. 5. num. 3. & seqq. Berlich. d.l. n. 64.* modo immobilia in territorio Domini, ex quo quis discedit, & jus hoc viget, sita sint: nam si extra territoriū & curtem Domini bona jaceant huic detractionis oneri non sunt obnoxia, sive statuta in rem, sive in personam concepta sint. *Rauchbar. p. 1. q. 17. n. 10.* quia immobilia, & quæ eorum loco habentur, regulariter juxta consuetudinem ejus loci, in quo existunt, atque ex ea ratione, ejus quoque jurisdictionis esse intelliguntur. *Berlich. d.l. n. 66. Besold. in v. Abschoss / ubi addit: respiciendum esse ad id, ob diese Güter zuvor in loco domicilii seind versteuert worden.*

XIX.

Imò, de mobilibus, in der Fahrnussen / *Berlich. d. l. n. 67.* etiamsi is, qui domicilium aliò transferre cupit, habeat in alieno districtu & territorio; sed *cuinam Magistratui, an illi, ubi mobilia inveniuntur; an vero illi, ubi emigrans domicilium habuit hac gabella*



gabellā competat? Posterius affirmant *Faust. in cons. pro Aerario class. IV. O. 389. & class. IO. Ord. 813. Berlich. d. l. num. 67. & Rauchb. p. 1. quest. 17.* Ratio annectitur: quia mobilia semper personam Domini sequuntur, ejusque quasi ossibus inhaerere & de loco esse dicuntur, ubi Dominus eorum domicilium habuit. *Gail. 2. Observ. 124. num. 18. Knipschild. d. l. num. 50.* Sic & mobilia, quæ alibi reposita sunt, non ut ibi perpetuo manerent, sed ut in pristinum statum revocarentur, non ejus loci patrimonii, quo translata, sed unde translata sunt, ubi paterfamilias domicilium habet. *l. 35. §. 3. ff. de hered. instit. l. 19. §. 2. ff. de judic. l. 32. ff. de pignoribus. l. 41. §. 6. l. 44. l. 86. ff. de Legat. 3.*

XX.

Sed quid dicendum de *Nominibus, von außstehenden Schulden* in alieno territorio? Ante omnia cum *Eichmanno apud Fritschium in Exercit. 3. jur. publ. thes. 19.* Respicendum ad statuta cujusque loci: utrum nimirum statuta mentionem injiciunt, quod de omnibus bonis mobilibus & immobilibus certa Magistratui portio debeatur, & hoc modo Nomina non comprehenduntur, nec si in loco domicilii credita essent. Nomina enim debitorum & actiones, quoad essentiam & stricte loquendo, nec mobilia nec immobilia, sed verè tertia ac separata ab his bonorum species sunt. *arg. l. 15. de pecul. Gail. 2. Observ. II. num. 9.* Aut statuta generaliter loquuntur, quod omnium bonorum, vel etiam simpliciter, quod bonorum portio certa Magistratui dari debeat, & tunc Nomina statuti illius dispositione comprehenduntur: nam generali & simplici bonorum appellatione, cui non adjecta mentio mobilium vel immobilium veniunt etiam Nomina & actiones. Hisce igitur præmissis & tenore statuti inspecto, etiam hic concludendum erit, quod Magistratui domicilii hic census in talibus *Nominibus* in alieno territorio sitis competat, quoniam æs alienum non ejus loci, ubi existit, sed universarum facultatum est. *l. 50. §. 1. ff. de judic. l. f. C. de prescript. long. temp. Scheplitz. d. l. §. 22. n. 2.* Ad contraria respondet *Rauchbar. p. 1. q. 17.*

XIX.

Ab hac tamen detractioe immunia sunt bona, (1). Im-
mobi-

2.
6

tem
pro-
nisi
que

qui-
rahi
cor-
sse,
ens.
ar-
bio
en-
pa-
ha-
am
alis
um
im-
l.p.
ilia
si-
ant
si-
uia
on-
jus
Be-
ese

67.
ie-
no-
bac
lla



mobilia alibi, quam ubi Dominus habitat, sita: nullo enim Imperii aut jurisdictionis actu comprehenduntur, sed propriè legi illius loci, ubi sita sunt, subjacent. *Gail. 2. Observ. 124 n. 8.* jurisdictionis quippe fundamentum omnis statuti, extra territorium propriosque limites, non extenditur: Sed cessante statuentis jurisdictione, statuti quoque cessat dispositio. *l. fin. ff. de jurid. (2.)* Bona mobilia, quæ ex destinatione patrisfam. in alienum territorium translata sunt, ut ibi perpetuò maneant: hæc enim loco immobilium habentur. *l. 35. §. 3. ff. de hered. instir. &c. (3.)* Dos & vestes festivæ: uti contra Köppen. affirmant *Berlich. d. l. num. 61. Schvvanman. comp. jur. Emigr. cap. 3. num. 16. Scheplitz. d. l. § 18. n. 1. 2. Eichmannus apud Fritschium d. l. th. 14. & Gutierrez. quest. 72 n. 6.*

XXII.

Causa Formalis,

Ad quam quantitatem sive summam emigrantes teneantur?
 Jam quæritur: Sanè naturaliter certi quicquam hac in re definiiri vel constitui neutiquam posse, ex tributorum causa finali luculenter colligitur. Illa enim propterea à Civibus exiguntur ut Reipubl. necessitati succurratur: hæc verò non semper una est atque eadem, sed varia potest obvenire. In universum autem cives ad publicam necessitatem sublevandam, cum ejus salus vel detrimentum ad omnes pertineat, conferre debent. Quo proinde major est necessitas, eò plus etiam unusquisque civium ex suis rebus in publicum conferre tenetur; & contra. Sola igitur *necessitas* etiam hujus census emigrationis quantitatem præscribit, adeoque hujus rei mensuram à mensura tributorum desumi, unicuique patet, quorum quantitas propter varias & subinde emergentes necessitates non potest non esse incerta. Auget enim & minuit quantitatem hujus census. (1.) Ratio Reipubl. si illa magnis debitis sit onerata, vel non: Item si bello sit implicita, si Patria defendenda est & viæ sunt reficiendæ (2.) *Ratio patrimonii emigrantium*, cui proportionalis esse debet hic census: Est enim hic proportio Geometrica non Arithmetica servanda, nempe, ut qui majoribus præditi sint facultatibus, locupletioresque existant, plus solvant, quam ii, qui minus habent: Et est sine dubio ipsa proportionalis illa justitia, quam toties jura nostra ingeminant mandantque, ubi volunt,



volunt, adscriptionem tributorum æqua lance dividi. *l. 10. C. de fund. patrim.* Omnes pro modo fortunarum conferre. *l. 5. pr. ff. de censibus l. 1. C. de mun. patrim.* neminem gravatis aliis levare oportere, *l. 4. Cod. quemad. civil. mun. ind.* ubi porro adscriptionem currere debere, pro viribus singulorum. *l. 12. Cod. de oper. publ.* pro modo fortunarum. *d. l. 1. C. de mun. patrim.* possessionum. *l. 3. C. de Annonis*, sese habere debere sanciunt, cum quibus concordat R. Imp. de Anno 1544. §. *Als aber wir. & R. Imp. de Anno 1512. §. Und soll solche. &c. (3.) Ratio temporis, quo quis emigrat.* Etenim. 1. Monetæ valor non secundum veterem valorem, casu, quo tempore statuti valor fuit antiquus, sed secundum novum, tempore solutionis & emigrationis attendendus est, quia propter migrationem Nachsteuer debetur: quemadmodum & *Abshoff* mediante divisione hereditatis, ideoque etiam valor tempore solutionis respicitur. Ceterum hanc questionem omnium optimè, adhibita tamen distinctione, resolvit, *Köppen. decis. 5.* ad quem B. L. remissum volo. 2. bonorum valor inspiciendus est, non quo bona olim acquisita, sed qui tempore emigrationis erit. *arg. l. 28. ff. de Novat.* Nam ut bonis, sive auctis, sive deminutis, ita & valore eorum pretium hoc statutarium vel augetur vel minuitur. *l. 2. Cod. de alluvion. vid. Henricum Bartels in disputat. 4. thes. 49. Tom. 2. apud Fritschium.*

XXIII.

Solvendus autem est hic census antequam bona exportentur, & donec hoc fiat, bona detineri & arrestari possunt. R. I. de Anno 1594. §. *Und so viel die ungleiche.* In æstimatione vel professione bonorum magna cautione opus est, ne quicquam reticeatur: aliàs si bona minoris æstimentur, quam communis valor est, fiscus vel magistratus loci habet jus æstimationem offerendi, & bona ad se pertrahendi; daß alsdann die Statt solchen Anschlag erlegen/und denselben/so sich selbst und sein Vermögen dermassen geschätzt/also möge auflösen/ und die Güter zur Hand ziehen. *Wehn. in sep. cit. loc.* denique in æstimatione quoque observandum venit, ut prius *Æs alienum* deducatur. *Berlich. d. l. num. 85.* Bona enim non intelliguntur, nisi deducto ære a-

D

lieno.

2.
6



lieno. l. 39. §. 1. ff. de V. S. uti nec lucrum intelligitur, nisi omni damno deducto. l. 30. ff. pro Socio. Bona enim inde dicuntur naturaliter, quod beent, h. e. beatos sive fortunatos, aut locupletes possessores suos reddant. l. 49. ff. de V. S. Beare quippe est prodesse d. l. quæcunque igitur nobis non profunt, sed plus incommodi habent, illa propriè bonorum appellatione non poterunt venire. l. 38. ff. de V. S. Æs vero alienum tale esse, quis hodie ignoret.

XXIV.

Finis

Finis Emigrationis census est *Salus Reip.* Nam qui censum emigrationis exigit, intendere debet, non fisci utilitatem: omnino enim repugnat virtuti laudique boni Principis, excogitare novos sinus, saltem ut fiscus locupletetur: sed Reipubl. salutem: quæ si non censum emigrationis ipsum; at tamen propositum & intentionem ejus, qui censum exigit, limitare & circumscribere debet, ut optet, nunquam privatos fieri pauperiores, nisi quatenus periculum est ne Respubl. pauperior fiat. Nec ad Tributorum extraordinariorum exactiorem est perveniendum, nisi necessitas urgeat summa. *Molin. de just. & jur. tom. 3. disp. 677.* Quod si enim præter utilitatem publicam acerbè exigatur pecunia, plus damni inde metuendum, quam paratur emolumentum. Doceant id Carthaginenses suo exemplo, qui superbe & avariter Africanis imperitabant, mediam fructuum partem auferentes, tributa duplicantes, & solum probantes Ministros & Præfectos, non qui clementer benigneque populos tractassent, sed qui grandem ærario pecuniam per nefasque corrasam intulissent. Quibus rebus factum est, ut pleræque civitates seditiosis militibus postea accederent, uti ex Polybio recitat *Forstner. in not. ad Tac. p. m. 647.*

XXV.

Effectus.

Effectus considerantur tam ex parte ejus, cui præstandus est census, quàm ex parte illius, qui solvit censum emigrationis. Hunc censum exigentes *uti possunt remediis tam ordinariis quam extraordinariis.* Ordinaria complectuntur tam actiones

actiones personales, conditiones, ex lege, privilegio, vel moribus, si vigore legis, privilegii aut consuetudinis hic census solvendus sit: quàm reales, ut Hypothecaria: fiscus enim semper habet jus pignoris in bonis debitoris *l. 10. ff. de Manumiss. l. 46. §. 3. ff. de jur. Fisci*, & utilis confessoria, quâ experitur quilibet Magistratus hunc censum sibi competere prætendens, adversus eum, qui facultatem hanc imponendi negat. *Schneidervvin. ad §. 2. Inst. de Act. num. 10.* Ordinaria excipiunt Extraordinaria: quæ nonnunquam contra Morosos expediuntur vel per arresta. *Gail. de Arrestu cap. ult. num. 12. Wehn. in v. Nachsteuer / vel per multam Gail. 2. Observ. § 2 num. 20.* vel executione: Licet enim non ita facilè ad executionem procedendum sit, cum via facti exitiosum exitum habeat. *Cothm. d. libr. singul. Resp. At ad 8. n. 13.* tamen si refractarii & retinentes bona exportaturi debitam gabellam solvere nolint, habet illa paratam executionem, *arg. l. 5. Cod. de feriis. l. 7. Cod. de exact. Tribut. Gail. 1. Observ. 20. num. 6.* ubi tamen probè observandum, quod non ex abrupto hæc fieri debeat, sed ita, ut causæ cognitio procedat, & terminus solutionis constituatur. *l. 2. C. de Indict.*

XXVI.

Ut autem Magistratus feliciter in hisce remediis progrediatur, necesse omnino est, ut probet se talem potestatem & jus habere: nam quælibet res & persona libera censetur, donec servituti & exactionibus eas esse subjectas demonstratur. *l. 8. C. de Servit. & probatione nondum facta, juri communi standum, nec jus gabellarum admittendum. Carpzov. part. 3. Constit. 38. defn. 19.* Instituenda autem est probatio non solum. (1.) ex statutis alicujus loci receptis, quæ tale jus introduxerunt, & (2.) ex Archivo & libris publicis, ex quibus colligi potest, an unquam ejusmodi casus evenerit, & tale jus usurpatum fuerit; veluti etiam usu hodierno, ut plurimum exiguntur literæ reversales, daß auff zurragende Fälle / hinwiederumb dergleichen abfolgung geschehen solle; quæ literæ reversales postea ad acta publica deponuntur, ut ex illis, quid antea hoc in usu observatum fuerit, probari queat. *Carpzov. part. 3. Constit. 38. def. 9.* Verum etiam (3.) ex actibus possessoriiis, quando Magistratus

2.
6

om-
ntur
ocu-
e est
s in-
po-
quis

Nam
uti-
nci-
sed
at-
li-
atos
pau-
nem
&
cam
nam
em-
iam
pro-
que
fas
ut
ex

ræ-
ni-
am
am
es



in casibus similibus sine ulla legitima contradictione, hoc jus usurpavit : Et (4.) ex præscriptione, quod d. Recessus de Anno 1555. luculentèr probat : quodnam autem tempus *de antiquo* dicatur ratione consuetudinis : Item præscriptionis, & in puncto probationis? videre licet *Schvvanm. d.l.c.6.*

XXVII.

Ex parte illius, qui solvit emigrationis censum, est talis effectus, quod vinculum obligationis, qua quis antea civitati tenebatur, & is liberetur, ab omnibus debitis & oneribus quibus obnoxia est Resp; modo justè & secundum leges facta sit discessio, uti in præmio dictum; secus enim civitati jus in migrantem manebit, quod latè persequitur. *Arniseus. l. 1. polit. c. v. sect. 8.* Nec enim talis discessus cives ab obligatione liberare potest; quare non injuria illi, qui contra leges migrant, oneribus publicis tamen subjecti manebunt. ita ut licet diu abfuerint, ad residua onera compelli possint, etsi juribus & commodis civitatum non fruantur, postquam civitatem deseruerunt. *Mev. ad jus Lubecens. l. 2. 2. num. 75. seq.* quem sequitur. *Dn. Struvius in Syntagm. jur. Civ. 50. thes. 54.* Sin autem legitimo modo discessus & domicilium aliò translatum est, solvitur civilis obligatio, tam quoad munera, quam quoad jurisdictionem. *Gail. 2. Observ. 36. R. l. de Anno 1555. §. Wo aber Unsere. &c.* Hinc patet decisio illius quæstionis: an mutato domicilio, quis teneatur etiam adhuc ad quasdam civitatis collectas? *Ob Nachfristen zu versteuren / wann das domicilium mutiret / und Nachsteuer erlegt? Wehn. in d. v.* simpliciter id negat; nonnulli tamen reperiuntur, qui distinctione rem expediri arbitrantur. *vid. Bartels apud Fritschium in Tom. 2. Disputat. 4. thes. 60. juris publici.*

XXVIII.

Notandum autem est, quod mutata civitate, obligatio civilis sublata censi debet, quoad ea, quæ postea geruntur, non autè quæ coram iudice prioris civitatis jam cœpta fuere, quia judiciū peragi debet, ubi cœptum est, *textus in c. 39. X. de foro compet. l. 7. ff. de judiciis.* quod peculiaribus insuper statutis civitatum cave-
ri so-



ri solet, quale obtinet in hac Illustri Republica. Es soll aber derjenige / so also seines Burger-Rechts erlassen wird / schuldig und verbunden seyn / auch so bald mit Hand gegebenen Treuen an Ahdens statt geloben und versprechen / vor Uns Meiser und Rath / oder wohin Wir das weisen / umb alle diejenige Sachen und Handel / so in wehrendem seinem Burger-Recht sich begeben und zugeragen; ob er darumb allbereit angefordert wäre / oder noch angefordert werden möchte / recht zu geben und zu nehmen / und dessen in allweg gewärtig und gehorsam zu seyn / ohn alle Gefährde. vid. der Statt Straßburg Burger-Ordnung Tit. Vom Burger-Recht aussagen.

XXIX.

Tollitur hic Census Emigrationis, Legē vel Consuetudine generali: jure Personali sive Privilegio: Transactione mutua vel pacto reciproco unius Magistratus, cum alio Magistratu, da die Obrigkeit sich vergleichen / einen freyen Zug gegen einander zu haben. Cujusmodi pactum celebravit & instituit Dux Wurtembergicus cum nonnullis Civitatibus Imperialibus, als Wimpfen / Landau und Nördlingen. vid. Knipschild. d.l. num. 21. Vel etiam si subditi, hoc nomine cum Domino Territorii transigant, ut videlicet liberè, quocunque velint, emigrare possint, daß sie einen freyen Zug haben möchten; sicuti in ducatu Wurtembergico Cives, vigore transactionis Tubingensis de Anno 1514. Initæ cum Duce Ulrico, & confirmatæ à Duce Christophoro Anno 1551. ab onere detractionis immunes sunt, & liberè quocunque velint, emigrare possunt; Der Tübingisch Vertrag gibt jedem Wurtembergischen Burger einen freyen Zug. Quod tamen ibi probè spectandum, modo (1.) Emigrans omnia debita exsolverit, & creditoribus suis satisfecerit: neque (2.) intra unius anni spatium adversus patrios lares quicquam moliat; & (3.) Ut in causarum determinatione intra annum acquiescat. vid. Besold. in v. Abschloß. & Mylerum de Stat. & Princip. Imp. p. 2. c. 63. n. 8. 9.

XXX.

Colophonem huic disputationi imponet brevis perlustratio

D 3

tio

Affinia.

2.
6



tio eorum, quæ non minimam affinitatem cum hoc censu ha-
 bere videntur. Inter quæ I. est *Ius detractionis*, Germ. Abzug
 von den Erbschaften / welche in die Frembde transferirt werden.
Besold. in thesaur. pract. v. Abschöß. &c. quo ab hereditate de-
 functi, exteros heredes relinquentes, pars certa fisco & Magi-
 stratui inferenda detrahitur. Cujus juris origo non incommo-
 dè sicut superioris repetitur ab illa vicesima, quæ olim fisco ex
 singulis hereditatibus, nisi quæ proximè genere junctis aut
 pauperibus relicta erant, applicabatur, asseverante *Dione lib.*
55. idque ex lege Julia, quam Augustum Imper. augendi ara-
 rii causa, cum ob varia bellorum impendia maximis pecuniis o-
 pus haberet, tulisse, plerique volunt, *Schvvanm. d. l. de lur. E-*
migr. c. 1. num. 6. postea vero sensim abrogata, vid. *Cujac. ad*
sent. Pauli. l. 4. T. 6. In illius deinde locum hocce jus detra-
 ctionis successit, ut qui hereditatem aut legatum è civitate au-
 ferre desiderat, relinquat ejus particulam fisco, quæ decima sæ-
 pe appellatur à portione plerumque præstari solita, quanquam
 quarta, tertiavè, der zehende / vierdte / oder dritte Pfening /
 decerpi solet. In hac Illustri Republica hoc jus detractionis vi-
 get & locum habet. vid. *Kleine Raths-Ordnung. Tit. Wie den*
Frembden die Erbsfall auß dieser Statt und Oberkeit gefolgt werde
soll &c. fol. 89 90. & 91. Quod jus tamè adversus tales peregrinos
 exercetur, quorum Magistratus etiam certam partem de heredita-
 tibus, quas hujus Reip. & cives ibi acceperunt detrahere solent.
 Welche aber an den Orthen gefessen / da bissher die Frembden / so sie
 daselbst geerbt haben / von solchen Erbsfällen / Abzug / Nachsteuer oder
 andere Beschwården haben / geben und gedulden müssen / denen
 sollen die Erbsfall / so ihnen obgehörter massen in der Statt / oder de-
 ren Oberkeit zufallen / auch nicht anderst zugestellt und gefolgt wer-
 den / dann daß sie / so viel von denselben gemeiner Statt Straßburg
 geben sollen / so viel ein Frembder / der an dem Dre und dieser gefesse
 ist / von einem solchen Erbsfall geben solt und müßte. &c. Sed no-
 vissimè cautum reperitur, nempe de Anno 1651. quod omnes
 Peregrini, si hereditates quas adepti sunt, in alium locum trans-
 ferre velint, hic detractionis oneri obnoxii sunt. Exceptis
 hisce: Als die Verein. Stände im Untern Elsaß / als 1. das
 Bisch

Bischofumb Straßburg. 2. Die Graffschafft Hanaw, Eichenberg. 3. Der Unter-Elffassische Ritterstandt / und was demselben immatriculirt, wie auch solcher corporum Universalium, (nicht aber membrorum particularium solum) Beampte. 4. Die Statt Hagenaw / und 5. Offenburg.

XXXI.

II. *Gabella*, quæ de Emptionibus & Venditionibus datur. Licet enim de contractibus commentum novum videri possit; certum tamen est, eam apud Priscos Romanos in usu fuisse, uti apparet ex *l. 1. Cod. de Veteran. l. 4. & ibi Gothofred. Cod. de Prox Sacror.* Unde hodie nonnullis in locis Magistratus de singulis pretii florenis, nummos aliquot *gabellæ* nomine exigere solent: uti de Marchia Brandenburgensi, ubi de Venditionibus dandam esse *gabellam* juxta dispositionem juris consuetudinarii, testatur *Scheplitz, ad Consuet. March. part. 3. T. 8. §. 24.* Item *Spira* facta venditione rerum immobilium, Magistratus de quolibet pretii floreni tres nummos, quorum unum venditor, reliquos duos emptor pendit. *Klockius de Vectigal. concl. 64.* Sic in hac Republica, in Emptionibus & Venditionibus non solum rerum immobilium, sed etiam se moventium, puta, Equorum &c. etiam observatur hæc *gabella*, quæ vocatur *der Pfundt-Zoll.* vid. *Extract. der Statt Straßburg von Contracten. Tit. Von erneuertem Pfundt-Zoll / & Pferde Unterkauff.*

XXXII.

III. Cognationem quoque cum hoc censu habere videntur *Portoria*, quæ in itinere præstantur. vid. *l. 21. ff. de donat. inter. V. & U.* & consistunt in certo pretio, quod à transeuntibus solvitur, præsertim pro evehendis, invehendis aut distrahendis mercibus. Ut centesima aut quinquagesima rerum venalium. *Cujac. 4. Obs. 4.* Sic Turcarum Imperator ab exteris portu suo solventibus rerum exportandarum decimas, à suis vicestimascapit. *Bodin. de Republ. cap. 6.* Ordinariè quidem mercibus impo-

2.
6




imponitur, & exigitur à mercatoribus, qui commerciis suis quæstum quarunt. Potest tamen & personæ imperari, quamvis modicum esse debeat, & plerumque ab extraneis peti, quando regionem nostram appellant: non quod non etiam à Civibus Majestati tantundem accipere fas sit, sed quod extra casum necessitatis non satis prudenter exigatur, imprimis ubi transeundo nihil incommodi aut damni datur. Nam ubi per pontem aliamque molem publicam iter est, minus molestum subdito erit æquiparari peregrino in vectigali, cum præter Dominium in locum, cujus virtute imponitur omne vectigal, impensarum & sumtuum sæpe ingentium ratio accedat. Quamobrem in hac Republ. neminem, qui per pontem Rheno impositum ire vult, à vectigali immunem esse quotidiana experientia testatur.

XXXIII.

Hæc sunt, Benevole Lector, quæ pro instituti ratione & exercitationis mensura de Censu Emigrationis adferenda videbantur. Tuum erit, hoc quicquid est, mei ingenii modulo candide metiri, & quæ minus accuratè, aut Tuo inferiora iudicio scripta sunt, Humanitate & Benevolentia tegere. Ego interea, DEO T. O. M. immortales ago gratias pro Bonitate, quam mihi hætenus impertitus est: & ut studiis meis ulterius benedicere, sineque exoptato ea beare velit, supplex eum invoco!

F I N I S.





X2615922

WDA







Publ. 15. num. 13. Pa. 13. 11.

DISPUTATIO JURIDICA INAUGURALIS

De

**CENSU
EMIGRATIONIS,**

12
16774

Vulgò

Nachsteuer/



Quam,

DIVINA ADSPIRANTE GRATIA

Ex Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI ET AMPLISSIMI
JURIS-CONSULTORUM ORDINIS

In Celeberrima Argentoratensium
UNIVERSITATE

PRO LICENTIA,

Summos in Utroque Jure Honores & Privilegia
Doctoralia ritè consequendi

Placide Eruditorum disquisitioni Solenniter exhibet

JOHANNES ULRICUS Schmidt / Argent.

Ad diem 8 Febr. M DC LXXVII. h. lq. solitis.

ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.

2.
6

